

Advertencias para

etiam lege naturali, ita Diuus Thom. lib. 4.
dist. 17. in expositione lit. Mag.

32. ¶ Forte dices. Nunquid si Curatus vel Regu
laris in supradictis deficiat, non poterit ali-
quando excusari à peccato mortali? Respon.
Quod quedam sunt, quę nullo modo absq;
peccato mortali omitti possunt, vt q; in pec-
cato mortali Sacramentorum administratio
fiat, vel q; Sacraenta scienter indignis cō-
ferat, vel q; necessaria ad Sacramentorum col-
lationem non seruet, vt q; formis Sacramen-
torum Minister non vtatur, vel his similia
faciat, vel ignoret necessaria ad Sacramento-
rum administrationem. Tunc nulla potest
esse excusatio, quia committit sacrilegium,
& notabilis irreuerentia rebus sacris exhi-
betur, quod de se est malum, à quocūque fiat.
¶ Alia autem sunt, quę possunt fieri aliquan-
do, vt si non inuenitur Curatus sciens lin-
guam Indorum, vel alias doctus, qualiter pe-
tit hoc officium: potest quis præfici populis
Indorum, vbi exerceat, quę potuerit, & sciue-
rit, licet nesciat Indorum linguam, dummo-
do ex eius residentia proueniat proximo uti-
litas, Missas celebrando, Baptizando Infan-
tes, pueros docendo prima literarum rudimē-

ta